

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Chiromantia**

**Aristoteles**

**[Ulm], 21. Juli 1490**

De significatione linee vite

[urn:nbn:de:bsz:31-248621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-248621)

transit. **Q**uarta linea naturalis est illa que incipit a linea mensali aliqui in principio eius: aliqui a loco appropinquo principio et scindit lineam tabularem quasi per medium et tendit versus lineam vite: et vadit ista per longitudinem manus et vocatur linea prosperitatis. **S**cias autem quod de ista linea aliqui libri non faciunt mentionem nec computant eam inter lineas naturales. **S**ed lineam prosperitatis dicunt esse lineam tabularem seu medianam quod idem est. **E**t sic secundum illos non essent nisi tres lineae naturales. **E**t scias quod tabula manus dicitur illud spatium quod est inter mensalem et tabularem procedendo versus inferiorem sic quod tota pinguedo a concavo palme inferius potest dici tabula manuum. **C**um predictis quatuor lineis tibi describo quia hijs bene ymaginatis lineis cito possunt intelligi omnia que ad hec in arte dicuntur saltem principalia.

**D**e significatione lineae vite primo dicendum. **S**i enim linea vite est bene facta et colorata et longa: usque ad receptam manus seu lacertam significat longam vitam: et si brevis: breuem vitam. **I**tem quando est bene colorata: significat sanitatem vite. **E**t si sit rubicunda a parte superiori: significat infirmitatem capitis. **S**i vero e contra: ventris prolesione vel infirmitatem inferiorum partium. **I**tem si sit a parte superiori magis lata quam a parte inferiori: significat illum esse bastardum vel spurium. **I**tem si in linea vite apparet unum oculus: si duo oculos perdet. **I**tem si multe rivule eam sciunt regiones multas visurum denunciat vel vidisse. **V**el secundum alios grauiam et infirmitates secundum quod magis vel minus sciunt illam. **I**tem scias quod ille lineae non solum ea que dicta sunt immo alia quae plura contingere dicunt. **Q**uando in fine lineae vite est hec figura  $\gamma$  si cum apertura versus pollicem dirigatur argumentum diuiciarum et dignitatum significat: maxime si sint plures. **S**i autem versus ictus manus eadem damna et infortuna fit. **I**tem si linea vite in radice plures lineas ad

modum crucis expandit: et unum oculum: significat finem bonum et confessionem. Et crux in principio linee honorem designat.

**I** linea mentalis obliqua sit: sic quod non pretendat directe: affirmat triangulum: de quo dicitur in sequentibus. Si autem recta sit iustitiam illius cuius sit vel fuerit affirmat. Item hec linea si mentem eicit: vicit vel tabulam manus: et nequam vel iracundum. Item si inter medium digitum et indicem se extenderet: per vulnera aut fluxum ventris moriturum portendit: eadem si multe rivule scanderint iuxta indicem: multa vulnera nunciant. Si circa caput iuxta frontem pretendit. Si grosse iuxta ventralia. Si subtiles inferioribus. Si rubee in pectore. Item si mentalis sit brevis et se non extendat nisi usque subtus medium: indirecto eius et a capite seu fine linee: sub eo quod est sub digito medio se extendit una linea ad auriculari: secundum quosdam: et mori hominem per plagam: et si sit brevis quocumque modo se habeat aliter non videtur bonum significare. Item si mentalis versus lineam vite cito se extendat et cum ea concurrat: secundum quosdam significat mortem subitam. Item secundum quosdam si linea mentalis veniat directe sub medio digito: et contrarium honoris. Item si mentalis disuncta fuerit: et contrarium bonis bonitatis maxime divisa per aliquas lineas. Item si in fine linee mentalis vel circa et vocatur finis mole vel ictus palme aliquid ex transverso linea interfecans vel terminans eam fuerit et sit longa: et ipsum mori morte violenta. Et si sit sicut crux. Item si linea mentalis sit brevis et etiam linea vite et desuper lineam mentalem sub monte sit semicirculus: et mortem subitam. Item si a linea mentali versus lineam rectam ascenderit si indicem sciderit audacem et probum sit. Item si a linea mentali versus medium aliqua rivula digitorum se extraherit labores magnos et angustias multas portendit. Eadem si sub

a iiii